



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilea Sacra Sive Episcopatvs Et Episcoporvm
Basileensivm Origo Ac Series**

Sudan, Claudio

Brvntrvti, 1658

42. Lutoldus II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11463

*Anno
Christi
1249.*

LVTOLDVS II.*Basileensis Episcopus.**XLII.*

Lvtoldum Trithemius & Stumpfius Dominum à Röttelen ante dictum volunt. Alij Comitem Neoburgensem vel Arburgensem magna enim & frequens inter has familias affinitas erat. Et licet hīc rursus varietas opinionum se inferat in Episcoporum Basileensium Catalogo & seriei nexu, Lutoldum tamen prioribus Episcopis supponendum esse, certum videtur, ut qui legatur subscriptisse publicis Instrumentis, anno 1239. & 1241. & ipse tandem, quod communior scriptorum habet opinio, vivere desiisse anno 1249. Ex quo patet, Lutoldum hunc nostrum, alium esse ab illo, quem anno 1213. diem supremum clau-

clausisse suprà memoravimus; cùm
satis constet, illum, de quo jam ser-
mo, ad annum 1249. obiisse, quem-
admodum videre est in diplomate,
quod refert Guillimannus in Henri-
co 56. Episcopo Argentinensi, ubi le-
gitur Berchtoldus eius successor cù
aliis Principibus subscripsisse com-
munis societatis fœderi, ut voca-
bant. Obiit itaq; circa annum 1249.
attestante etiam Vrſtisio l.2. c.18. aut
certè depositâ tunc temporis digni-
tate Episcopi, reliquam vitam nullis
gestis memorabilem duxit. Stum-
pfius inaugurationem Lutoldi refert
ad annum 1238. mortem ad 1249. De-
nique Thcophilus Raynaudus Soc.
IESV, in S. Brunonis gloria propa-
gine, pag. 260. afferit, Lutoldum, quē
Lufoldum vocat, ex Carthusiano
Vallis-Speciosæ, Episcopum Basile-
ensem, communem omnib' morta-
litatis necessitatē subiisse anno 1249.

*Anno
Christi
1249.*

P 3

BERG. I.